Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift

125

uero domum redeat. Si secundo in eodem crimine inueni-
tus fuerit. simili ieiunio subiciatur. post ieiunium uero in
modum crucis in pectore. et in fronte. atque inter
scapulas incensa claue ecclesiastica domum redeat.
Si uero tertio iudicibus tradatur. De Maleficis iiii xxx.
Ut creatura dei ab omni lesione malignorum remota.
et a nullo detrimentum sui passura maneat. non adto
atque et augmentatur. secundum decretum senatus statuimus.
magnam cautionem terroris. ueneficis ac ma-
leficis. ut nulla persona maleficio aut uene-
ficio quemquam hominum subuertere a statu mi-
tu mentis. aut interficere audeat. Ast si quis
uel qui post hac hoc presumpserit. tradatur in manus ma-
ri maleficio lesi. aut in manus parentum eius. secundum
uelle eorum diiudicandum. Si uero sortilegio utentes
inuenientur. ut faciunt in canere. aut his simi-
libus ab episcopis flagellis emendentur. De Inuasione domorum
Volumus ut firma pax et unanimitas sit inter ma- xxx.
iores et minores. secundum apostolum omnes unanimes
estote et cetera. nec aliquis alium inuadere audeat.
Quod si quis comitum post diffinitionem huius conuentus
consilii tam contumax extiterit. ut alium domi quae-
rat ad perdendum eum. atque sua dissipare. si dominus
domi est et secum pugnauit uel interfecerit. luat
secundum legem de euaginatione gladii confectam.